

cum casali suo, & hominibus, domibus, vineis olivis, terris cultis & incultis, cum placitis, & cunctis iustitiis, & pertinentiis ipsorum casalium, cum jure etiam Parochiali, & canon. Cathedralico eorundem; jus quoque Parochiale & canonicum Cathedralicum in Barseneo, castro Frangeſto, Fagiano de S. Joanne, & in alio Fagiano de S. Maria in Subiceto, Stunachia, in S. Ilario, in S. Petro Vetrano, in omnibus Ecclesiis, eorum feudis pertinentibus, cum judicio Clericorum & debita reverentia, & ceteris ecclesiasticis iustitiis, tibi & tuis successoribus apostolica auctoritate confirmamus: Item Ecclesiam S. Petri de Trovica cum omnibus pertinentiis suis, Ecclesiam S. Simeonis cum omnibus pertinentiis suis, Ecclesiam S. Matthaei de Portanova cum omnibus pertinentiis suis, Ecclesiam S. Juliani in eodem Vico cum pertinentiis suis, Ecclesiam S. Crucis in eodem Vico cum omnibus pertinentiis suis; praeterea Ecclesiam S. Mariae in Portu Mansano, Ecclesiam S. Petri de Bonochio, Ecclesiam S. Procopii cum pertinentiis suis, Ecclesiam S. Angeli de Sossilato, Ecclesiam S. Angeli de Moralidio, Ecclesiam S. Stephani de Bulno, Ecclesiam S. Martini de Turricella, Ecclesiam S. Mariae in eodem territorio, Ecclesiam S. Nicolai de Vergaro, Ecclesiam S. Basilii majoris de Gaudio, Ecclesiam S. Marini de Eturnillo, Ecclesiam S. Stephani de Cornolo, Ecclesiam S. Angeli de Senelo, Ecclesiam S. Mariae de Sibellio, Ecclesiam S. Angeli de Lamatraderi, Ecclesiam S. Petri Vetrani, Ecclesiam S. Petri Titti, Ecclesiam S. Andreae de Burgo, Ecclesiam S. Mariae de Poma, Ecclesiam S. Aventii, Ecclesiam S. Joannis de Stanca, Ecclesiam S. Orontii, Ecclesiam S. Trinitatis in Paterno, Ecclesiam S. Nastasii de Curte, Ecclesiam S. Joannis de Baliano, Ecclesiam S. Caeciliae, Eccl. S. Eustachii, Ecclesiam S. Banati, Eccl. S. Cesarii, Eccl. S. Nicolai de monte Joae, Ecclesiam S. Joannis de Taramanno, Ecclesiam S. Luciae, Ecclesiam S. Mariae de Bazione, Ecclesiam S. Joannis de Fugiano, Ecclesiam S. Nicolai ejusdem loci, Ecclesiam S. Mariae de Fajano Maradicii, Ecclesiam S. Sepulchri, Ecclesiam S. Ilarii, Ecclesiam S. Angeli de Frangeſto, Ecclesiam S. Vincentii, Ecclesiam S. Eustachii de Campomoro, Ecclesiam S. Cypriani, Ecclesiam S. Andreae de Parochiali, Ecclesiam Sancti Potiti, Ecclesiam Sancti Barbatii, Ecclesiam Sancti Bartholomaei de Palude, Ecclesiam sancti Martini de Palude, Ecclesiam Sancti Luciae de Vertensi, Ecclesiam S. Eufemiae, Ecclesiam omnium Sanctorum de Carnara cum omnibus pertinentiis & eorum pertinentiis, Ecclesiam sanctae Catharinae, Ecclesiam S. Clementis, Ecclesiam S. Nicolai de Portu-aspro, Ecclesiam sancti Martini de Clurleone, & ceteras Ecclesias Parochiae Monopolitanae cum canonico Cathedralico, & jure Parochiali; vineas quoque, quae sunt inter viam Bari & Cuperſani, vineas, quas habetis in territorio S. Eufemiae, vineas apud Paludem, vineas & olivas ac terras de Mauha de casa: Bened. quoque Abb. S. Joannis de Cajano, & Abbatissarum Ecclesiae S. Sepulchri, & S. Angeli de Frangeſto cum canonico Cathedralico, ac debita reverentia: nec non libertates a Romanis Pontificibus & Regibus atque

Principibus Monopolitanae Ecclesiae indultas, sicut de antiqua consuetudine predecesores tui habuisse noscuntur, & ut canonicè possides & quietè, tibi tuisque successoribus auctoritate apostolica confirmamus. Statuimus quoque, ut eadem Ecclesia nulli alii praeter Apostolicam Sedem subjectionis reverentiam debeat. Te igitur tuosque successores hujus libertatis gratia perscrutantes sub solius Apost. Sedis obedientia perpetuo manere decernimus. Obstante vero te, nunc ejusdem Civitatis Episcopo, vel tuorum quolibet successorum, Clero populoque Monopolitano facultas sit, remota omni pravitare, Antistitem canonicè eligendi; Electus autem ad Romanum Pontificem consecrandus accedat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Monopolitanam Ecclesiam temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, seu quibuslibet perturbationibus fatigare; sed omnia integra & illibata serventur, eorum, pro quorum gubernatione aut sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundo terribè communita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultionis subjaceat: Cunctis &c. Amen.

CIV. Confirmatio Bonorum omnium & Privilegiorum Monasterii Monialium S. Zachariae Venetiarum.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis in Christo filiabus, Casotae Abbatissae Monasterii sancti Zachariae de Venetiis, ejusque sororibus, tam praesentibus quam futuris regulariter substituendis, in perpetuum.

Eam soli Ap. Sedi subje-ctam;

Episcopum, vero a Clero & Populo eligendum de-clarat.

Solita con-clusiones.

Alexander PP. & S. R. Eccl. Card. sub-criptiones.

Dat. die 16. Februarii an- no Domini 1180. Pontif. anno XXI.

Edidit Bononius in Hist. Monast. hujus in Collect. Me-nemeri.

Exordium.

Monasterium, in quo divino estis obsequio mancipata, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & praesentis scripti privilegio communimus; In primis siquidem statuente, ut Ordo monasticus, qui secundum Deum, & beati Benedicti regulam atque institutionem, & Cluniacensium fratrum observantiam ibi noscitur institutus, perpetuis in eo temporibus inviolabiliter observetur; Praeterea quaecumque possessiones, quaecumque bona idem Monasterium impraesentiarum iuste & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, prestante Domino, poterit adipisci, firma vobis, & eis, quae post vos successerint, & illibata permanent. In quibus haec propriis duximus exprimens vocabulis: Videlicet Curtem sitam in loco, qui Petriolo vocatur, cum Ecclesia sancti Thomae & omnibus pertinentiis suis, curtem positam in loco, qui dicitur Cona, cum Ecclesia sanctae Mariae & omnibus pertinentiis suis, curtem positam in loco, qui dicitur Runco, cum Ecclesia sanctae Mariae & omnibus pertinentiis suis, curtem sitam in loco, qui dicitur Clugia, cum omnibus pertinentiis suis: mansos, qui positi sunt in loco, qui dicitur Runcaletro, cum omnibus pertinentiis suis, mansos, qui positi sunt in Comitatu Tarvisino, & pertinentiis Tarvisii, & possessiones, quas habetis in Episcopatu Civitatis-novae, & omnibus pertinentiis suis, & quidquid habetis in Sacco, & Lupa, & in Paduano districtu, & in Levenza, & in Laurentiaca, atque earum appendicis. Decimas quoque omnium colonorum & terrarum, quas in praedictis locis & curtiis rationabiliter & secundum antiquam possessionem possidetis, vobis nihilominus confirmamus. Prohibemus autem, ut nulla deinceps Soror in eodem Monasterio admittatur, quae proprietatem modis quibuslibet hinc praesumat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni, & extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obstet: salva tamen iustitia illarum Ecclesiarum, quibus mortuorum corpora assumuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum Monasterium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia & integra conserventur, earum, pro quarum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, & Diocesani Episcopi canonica iustitia. Si qua igitur ecclesiastica secularive persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundo terribè communita, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultionis subjaceat: Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Monasterium hoc sub Sedis Apost. protectione suscipit. Monasticum ordinem servari mandat.

Eidem bona omnia confirmat.

Sorores proprietatem praesumentes prohibet. Eiusdem loci sepulturam liberam esse decernit.

Solita conclusiones.

Bull. Rom. Tom. II.

EGO ALEXANDER Catholicae Ecclesiae Episcopus. *Locus * Signi.* Ego Ubaldus Ostiensis & Velitrensis Episcopus. Ego Paulus Praenestinus Episcopus. Ego Petrus Presb. Card. tit. S. Susanna. Ego Vivianus tit. sancti Stephani in monte Coelio Presb. Card. Ego Cintius Presb. Cardinalis tit. sanctae Caeciliae. Ego Ugo Presb. Cardin. tit. sancti Clementis. Ego Arduinus Presb. Card. tit. S. Crucis in Hierusal. Ego Mattheus Presb. Card. tit. S. Marcelli. Ego Laborans Presb. Card. sanctae Mariae Transyberim tit. Calixti. Ego Jacintus Diac. Card. sanctae Mariae in Cosm. Ego Ardicio Diac. Card. S. Theodori. Ego Raynerius Diac. Card. S. Georgii ad Velum aureum. Ego Gratianus sanctorum Cosmae & Damiani Diac. Card. Ego Joannes Diac. Card. S. Angeli. Ego Raynerius sancti Adriani Diac. Card. Ego Mattheus sanctae Mariae Novae Diac. Card. Datum Tusculani per manum Alberti sanctae Romanae Ecclesiae Presb. Card. & Cancellarii, VII. Kal. Aprilis, Indictione XIII., Incarnationis Dominicae anno MCLXXX. Pontificatus vero D. Alexandri Papae III. anno XXI.

C V. Rescriptum confirmationis Papae statutorum Regni Poloniae.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio nobili Viro Casimiro Duci Poloniae, salutem & apostolicam benedictionem.

EX parte tua Magnitudinis nobis relatum est, quod de consilio Archiepiscopi, & Episcoporum Poloniae, & Principum terrarum quasdam abusiones, & solitas injurias ab Ecclesiis & personis ecclesiasticis amputasti, constituendo, ne bona decedentium Episcoporum amplius confiscarentur. Constitutum est etiam, ut si quisquam in res defuncti Episcopi manus injecerit, vinculis anathematis teneatur: nec praesumat ullus raptorum defuncto Episcopo succedere, donec absolutionis beneficium assequatur, ablatas restituit, vel ablatorum congrua aetimatione praemissa. Consuetudinem autem, quae a Principibus terrarum servabatur, videlicet, ut quodcumque pergerent pompaticè, invadentes horrea pauperum evacuaerent; & si inter absentes aliquod negotioli quandoque contingeret, impii satellites discurrentes, raptos quodcumque caballos vel enervarent incurſu, vel omnino destruerent, de ecclesiasticorum & secularium consilio emendasti. Unde quoniam constitutionem tuam justam pariter & honestam auctoritate nostra postulas confirmari; nos iustis postulationibus annuentes, constitutionem praescriptam, sicut in scripto authentico super hoc habetur, apostolicè auctoritate confirmamus, & praesentis scripti patrocinio communimus; sub interminatione anathematis prohibentes, ne quis eam violare aliqua ratione praesumat.

Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc

Dat. die 27. Martii 1180. Pontif. XXI.

Ex Baro. ad ann. 1180.

Casimirus Poloniae Dux cum consilio Episcoporum, defunctorum Episcoporum spolia rapi prohibet.

Alia statuta.

Confirmatio Pontificia.

Conclusiones confirmat.

M m m 2

paginam nostrae confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Tusculani V. Kalendas Aprilis.

Dat. die 28. Martii anno Domini 1180. Pontif. anno XXI.

Originali edita in Bullis Ital. Sac. Tom. I.

Exordium.

Bona omnia confirmant.

CVI. Ecclesia S. Petri Iscen. Tiphernatis Dioecesis (nunc Urbavensis) a Tiphernatis Episcopi jurisdictione eximitur.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Raynerio Archipresbytero S. Petri Iscen. ejusque successoribus canonicè substituent. A. P. R. M.

Incet omnibus Ecclesiis Apost. debeamus patrocinium impertiri, specialius tamen protectione debent apostolica gaudere, quae in patrocinio Sacrosanctae Romanae Ecclesiae surrexerant. Eapropter, dilecte in Domino filii, tuis justis postulationibus clementer annuimus, & praefatam Plebem sub S. Petri & nostra protectione suscipimus, & praesentis scripti privilegio communimus; Statuentes, ut quaecumque possessiones, quaecumque bona, eadem Plebs impraesentiarum legit & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata permanent; In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum, in quo praefata Plebs constructa est, cum omnibus pertinentiis suis, cappellam S. Mariae in Paritiole, cappellam sancti Florani, cappellam S. Angeli, cappellam S. Salvatoris, Cappellam sancti Leonis, cappellam S. Felicitatis, cappellam sanctae Mariae in Spongia, cappellam sancti Simeonis, cappellam S. Christofori in Scaulo, cappellam S. Stephani in Felcina, cappellam sanctae Crucis, cappellam S. Pauli, cappellam S. Fortunati, cappellam sancti Joannis Castriplesis, cappellam sancti Iustini in Monione, cappellam sanctae Barbarae de Castellione, cappellam S. Ceciliae, cappellam sanctae Mariae in Pressajoli, cappellam sancti Leonis in Rucce, cappellam S. Silvestri, cappellam sancti Benedicti, cappellam sancti Laurentii, cappellam S. Jo. de Monterio, cappellam sancti Christofori de monte Pavonis, cappellam sancti Thomae, cappellam sancti Martini Arivoli, cappellam sancti Sixti in Caresto, cappellam sancti Andreae in valle Casuli, cappellam S. Stephani in Camenate, cappellam S. Mariae de castello Metula, cappellam S. Bartholomei in Terenzano, cappellam sancti Donati in Ficcareto, cappellam sancti Andreae Planelli, cappellam sanctae Mariae de Valle - cupa, cappellam S. Marini, cappellam S. Bartholomaei in Valle-bona, cappellam sancti Arduini, cappellam sancti Angeli in valle Bovonis, cappellam S. Christofori in Formeulo, cappellam sancti Andreae in Protulo, cappellam sanctae Mariae in Juvito, cappellam S. Angeli in Pereto, cappellam sancti Laurentii de Vinza, cappellam sanctae Marinae in valle Cocorana, cappellam S. Marini in valle Pe-

trofa, cappellam S. Mariae in furca Unguis, cappellam S. Angeli in Cerbello: de conjugis vero discernendis, officium criminaliter peccantibus poenitentiam imponendi: omnes cappellas ad praescriptam Plebem pertinentes, decimas omnes, & mortuaria ejusdem Plebis; praeterea renunciationem omnis consuetudinis praeter quinque denarios, quos nomini cathedratici accipiebat e bone memorie Davizo Castellanus Episcopus de mandato bone recordationis Gilberti S. R. E. Cardinalis, tunc Apostolicae Sedis Legati factam, & a felicis memoriae praedecessore nostro Celestino Papa postmodum confirmatam, auctoritate apostolica confirmamus. Ad haec auctoritate apostolica prohibemus, ut nullus praeter Rom. Pontificem, vel Legatum ejus, nisi mandato ipsius per interdicti sententiam praescriptam Plebem de cetero aliqua molestatione gravare praesumat. Interdicimus etiam, ut non liceat Castellano Episcopo, qui quo tempore fuerit, praescriptae plebi, vel cappellis ipsius aliquam exactiorem imponere, vel ab eis quicquam exigere, nisi nummos, quos nomine Cathedratici solitus est habere. Sepulturam quoque parochianorum ejusdem Plebis praescriptae Plebi liberam esse decernimus, ut eorum devotioni, & extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati sint vel interdicti, nullus obstat: salva quidem justitia cappellarum, a quibus mortuorum corpora assumentur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Plebem temere perturbare, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva tamen Sedis Apostolicae auctoritate, & Castellani Episcopi subscripta justitia. Si qua ergo in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districti ultioni subjaceat; Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

EGO ALEXANDER Catholicae Eccl. Episc. Ego Vivian. Presb. Card. S. Stephani in Coelio monte. Ego Ugo Presb. Card. tit. S. Clementis. Ego Ubaldus Ostien. Episc. Ego Mattheus Presb. Card. tit. sancti Marcelli. Ego Theodinus Portuen. & S. Ruf. Episc. Ego Laborans Presb. Card. S. Mariae in Transf. tit. Calixti. Ego Jacintus Diac. Card. S. Mariae. Ego Rayner. Diac. Card. S. Georgii ad Velum aur. Ego Gratianus Diac. Card. S. Coenae & Damiani. Datum Veletri per manum Deiferi S. R. E. Subdiaconi, XVIII. Kal. Maii, Ind. XIII. Incarn. Dominicae anno MCLXXX. Pontificatus vero Domni Alexandri Papae III. anno XXI.

Alexandri PP. & S. R. E. Card. subscriptiones.

Dat. die 24. April. an. Dni 1180. Pontif. anno XXI.

Con-

CVII.

Confirmatio Ecclesiae Dignensis, bonorumque ad illam spectantium, ac assignatio duodecim tantum Canonicorum, qui ei inserviant.

Ex Gall. Christ. nova edit. inter instrumenta Ecclesiae hujus T. III.

Ecclesiam hanc sub protectione Sedis Apost. recipit.

Bonaque omnia ei confirmant.

Numerus Canonicorum a duodenarium statuit.

Prepositum & Episcopum a Canonicis eligendum.

Dat. die 11. anno 1180.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Ugoni Praeposito, & Canonicis sanctae Mariae Dignensis, eorumque successoribus canonicè instituentis &c.

Deest initium.

Præfatam Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & praesentis scripti privilegio communimus; Statuentes, ut quaecumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum rationabiliter possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, dante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permanent; In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: Burgum Dignensem, in quo Ecclesia vestra consistit, cum omnibus pertinentiis suis, Ecclesiam sancti Vincentii supra Burgum, Ecclesias de valle Marculfi cum pertinentiis suis, videlicet S. Stephani, sancti Marcellini, sancti Martini, sanctae Mariae de Mannano, sanctae Mariae de Neufrias, S. Mauriti, S. Andreae Ecclesias: Ecclesiam insuper de Anragilis, & de Becojuno cum decimis & aliis pertinentiis suis, Ecclesiam sanctae Mariae de Goralberio cum omni jure suo, Ecclesias de Aglegno cum omni jure suo, Ecclesias de Ceis, Ecclesiam sanctae Eugeniae cum omni jure suo, Ecclesiam sancti Vincentii de Garbesa & sancti Pontii de Rubina: salvo jure Episcopi Dignensis in Ecclesia sancti Pontii, Ecclesiam sanctae Mariae de Salloe, Domum elemosynariam burgi Dignensis, tertiam partem Mortalagii totius Episcopatus, Procuracionem, quam habetis in Ecclesia de Bliгер, medietatem synodalem nummorum, castrum de Heuferia, & villam sancti Andreae cum pertinentiis suis, quicquid habetis in castro Dignensi, & castro Marculfi & eorum territoris tam in ecclesiasticis quam mundanis, quicquid juris habetis in castro de Dromone & tenimento ipsius, quicquid possidetis in castro Barles, & in castro Beljoco & ejus tenimento, quicquid possidetis in rocca Dominorum de Gavea, quicquid habetis in castro Campi Ursini, & in Canola, quicquid habetis in castro de Durbis, tam in decimis quam in aliis, quicquid in castro de Rocca-siruna, & de Ceis, ex dono Petri Hnardi. Statuimus insuper, ut numerum Canonicorum vestrorum duodenarium non excedat; sed semper duodecim, praeter Praepositum, in eadem Ecclesia, statuatur, qui debeant in ipsa Domino famulari, nisi tantum exceverint facultates ipsius, ut plures decenter de bonis ejusdem valeant sustentari. Obeunte vero Episcopo vestro vel te, filii Praepositi, vel quolibet eorum, qui vobis successerint, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeposatur, nisi quos fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Deum providerint eligendum &c.

Bull. Rom. Tom. II.

CVIII.

Privilegium confirmationis bonorum omnium Capituli & Canonicorum Tarvisinae Ecclesiae, & cujusdam novae constitutionis pro illorum indemnitate, ab eis editae.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Dodoni Decano Canonice Tarvisinae, ejusque fratribus tam praesentibus quam futuris canonicè substituentis, in perpetuum.

Edict. Nic. Caluar. Sac. T. V. col. 529.

Exordium.

Quotiens a nobis petitur, quod Religioni & honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideris congruum suffragium impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris postulationibus clementer annuimus, & Ecclesiam vestram, in qua divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & praesentis scripti privilegio communimus; Statuentes, ut quaecumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum legit & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permanent; In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: Ecclesiam S. Michaelis de Melma cum villa & molendinis, mansos de Lugugnano, mansos de Seura, mansos de Rivarotta, mansos de Casale, mansos de Burbilago, mansos de Godenzago, mansos de Cancellada, Ecclesiam S. Andreae de Silvarosa cum villa, mansos de Vedelago, mansos de monte Belluna, mansos de Montel, mansos de Malzago, mansos de Petra rubea, mansos de Fener, mansos de Duno, mansos de Manzagello, mansos de Paderno, possessiones de Gonzano, Ecclesiam S. Pelagii de Aurine cum mansis ipsius ville, Ecclesiam S. Bonae cum molendinis, mansos de Cormelino, mansos de Quinto, mansos de S. Christina, Ecclesiam S. Mariae de Prato-gatzal cum mansis ipsius ville, mansos de Ger, Ecclesiam S. Vitalis cum mansis ipsius ville, Ecclesiam S. Gervasii cum mansis ipsius villa, mansos de Canizano, mansos de Gel cum nemore, possessiones de Bassano & de Romano & de Tor, mansos de Asylo, mansos de Braida, quicquid habetis Mestre, Ecclesias, quas habetis infra Civitatem, videlicet S. Jo. Baptista, S. Bartholomaei, S. Andreae, S. Jo. de Ripa, & Ecclesiam S. Sophiae sitam extra muros civitatis Tarvisinae, possessiones, quas habetis in Civitate, & decimas quas habetis circa ipsam Civitatem. Sane quoniam per quosdam Praepositos, qui curam bonorum Canonice vestrae gerebant, usque adeo distrahebantur bona praedicta, quod vix poteratis ex eis congrue sustentari, ad tantum incommodum removendum cum venerab. fratre nostro Conrado Episcopo vestro communiter statuitis, ut unus ex vobis annis singulis assumatur, qui vice Praepositi ad commodum vestrum ejusdem Canonice bona dispenset; nos vestris postulationibus annuentes, constitutionem ipsam auctoritate apostolica confirmamus. Decernimus ergo &c. Si qua igitur &c. &c.

Eos sub tutela Sedis Apost. recipias.

Concessiones omnes, ac bona confirmant.

Item & Constitutionem ab eis factam de eligendo singulis annis Vice-Praepositi, qui indemnari bonorum hujusmodi iavigilet.

M m m 3

EGO